



SESSION 2004

CLASSES DE PREMIERE

VERSION LATINE

La mort d'Alcibiade

Barbari, cum ferro aggredi non auderent, noctu ligna contulerunt circa casam eam in qua quiescebat eamque succederunt, ut incendio conficerent quem manu superari posse diffidebant. Ille autem ut sonitu flammae est excitatus, etsi gladius ei erat subductus, familiaris sui subalare telum eripuit. Namque erat cum eo quidam ex Arcadia hospes, qui numquam discedere voluerat. Hunc sequi se jubet et id quod in praesentia vestimentorum fuit arripit. His in ignem conjectis, flammae vim transiit. Quem ut Barbari incendium effugisse viderunt, telis eminus missis interfecerunt caputque ejus rettulerunt. At mulier, quae cum eo vivere consuerat, muliebri sua veste coniectum aedificii incendio mortuum cremavit quod ad vivum interimendum erat comparatum. Sic Alcibiades annos circiter XL natus diem supremum.

Cornelius Nepos.